

11. Das Amt des Magister portularum et magister procurator,
necnon provisor et prepositus navigii vassellorum et tarsianatum. 209

a. Capitulum 2. Februar 1278; RA. n. 31 (Carolus I 1278 D)

fol. 140^{ab}.

Ms. oben S. 13 Ambrosius Ziff. 7.

(eius Provisor et prepositus navigii vassellorum
et tarsianatum)

Am Rande: Commissio portularatus et tarsianatum curie in Sicilia. De curia.

Scriptum est Johanni de Lentino militi consulario fauntani
et Matheo Rufulo de Ravello fidelibus etc.

(De fide et legalitate vestra confidi vos magistros portularos
et magistros procuratores Sicilie, amoto ab officio ipso Con-
stantino Cacciolo de Trans, necnon provisores et prepositos
navigii vassellorum et tarsianatum curie nostre in Si-
cilia et Calabria, amotis ab officio tarsianatum^a Sicilie notario
Matheo de Trans et socio, si socium habet, et tarsianatu-
um Calabriae aliis quibuscunque officium ipsum exercenti-
bus, usque ad nostrum beneplacitum duximus statuentes, vestre
fidelitati mandantes, quatinus, officia ipsa in eisdem par-
tibus ad honorem et fidelitatem nostram diligent et fide-
liter exercentes, super executione officii navigii vassellorum
et tarsianatum predictorum tam in Sicilia quam in Ca-
labria subscriptam formam servetis, videlicet:

[i.] quod incontrahenti recipiatis a predicto notario Matheo
et socio, si socium habet, pro parte curie nostre omnes naves
teridas galeas galiones vaccectos et fuerint alia vassel-
la curie nostre in partibus Sicilie existentia, quocunque
vocabulo censeantur, cum velis anchoris assarciis remis
scalis arboribus autendis vexillis baneris pendombus
fentoriis et omnibus aliis affixis apparatus corrediis
et guarimentis omnium predictorum vassellorum nec-
non ab eodem notario Matheo et socio, si socium habet,
domos tarsianatum in Sicilia necnon et domos tar-

Exsurgente Commissio curie in Sicilia 1281:
R.A. n. 44 (Carolus I 1281 A) fol. 76^{ab}.